

*De figuris lapidum, &c.*

Ponticarum ( gemmarum ) Plinio plura sunt genera. Est, inquit, stellata nunc sanguineis, nunc atris guttis, quæ inter sacras habetur. Alia pro stellis eiusdem coloris lineas habet. Alia montium conualliumq; effigies, Plinius. Ego lapidum genera duo, quæ hîc picta adiunxi, in his Plinij verbis intelligi aliquando putavi.

*Horum primus Germanicè Sternstein à stellis dici potest: secundus ein Wasserstein, ab undarũ similitudine*



Sunt enim in priore stellæ plures conspicuæ: in posteriore verò pro stellis, alij quidam linearũ ductus, undarum ferè æmuli. Sed tertium eiusdem generis nondum vidi. Obijci potest Ponticas, esse gemmas: quos verò nos  
ex-